

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Catalogus Lectionum Hiemalium**

**Gymnasium**

**[Durlach], 1715**

[urn:nbn:de:bsz:31-4134](#)

# CATALOGUS LECTIONUM HIEMALIUM,

Quas

## DEO ANNVENTE,

AUSPICII

### SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI. DOMINI

# C A R O L I,

MARCHIONIS BADENSIS & HACHBERGENSIS, LANDGRAFII  
Sausenburgenensis, Comitis Spanheimensis & Ebersteinensis, Dynastæ in Rötelœn,

Badenveiler, Lahr & Mahlberg &c. &c. S. Cæsareæ & Regiæ Catholicæ Majestatis

Generalis Campi Marchallii, ut & Circuli Suevici rei tormentariorum Generalis Praefecti, & Legionis  
pedestris Chiliarchæ &c. &c.

DOMINI CLEMENTISSIMI, NUTRITORIS MUNIFICENTISSIMI.

IN ILLUSTRI GYMNASIO DURLACENSI

PUBLICE DOCENTES

EA QUA PAR EST DILIGENTIA URGEBUNT.

JO. JACOBUS EISENLOHRIUS, Confil. Ecclesi. Theol. Polm. Prof. Dioces. Durlac. Superioris  
tendens, & ad Div. Stephani Pastor, in tractatione Controversiarum Theologicarum  
nobiliorum, non negligenter recensioribus, aliquot abhinc mensibus inchoata, cum  
Deo perrecturus, à Loco de Creatione, hora II. ad III. Operam quoque  
dabit, ut prælecta, contracta postea in Theses, singulis septimanis disputando  
ventilentur.

JO. LUDOVICUS BOYE. Gymnasi Rektor, Philosophie & Theologie Professor, quæ ad se  
pertinent, divina gratia secundante, studiole diligenterque curabit. Cum ergo  
præterito semestri Geometriae ac Trigonometriae fundamenta, secundum Tabulas B. JO.  
CHRISTOPHORI STURMII, Philosophiam item Rationalem ad ductum Logicæ  
Electivæ SAMUELIS GROSSERI, fidei suæ concorditis, solicite inculcaverit;  
nunc Arithmeticam tum numerorum, tum literalem, una cum primis Algebrae elementis  
diebus Lunæ & Martis hora III. ad IV. nec non Ontologiam, usibus Theologicis  
applicatam, juxta Institutiones Metaphysicæ Sacrae JUSTI WESSELI RUMPEI  
diebus Mercurij, Jovis & Veneris hora VIII. ad IX. pari dexteritate tradet,  
quibus ad finem perductis, Succinctam Historie Philosophicae delineationem JO. FRAN-  
CISCI BUDDEI Viri Cl. uberioribus discursibus, jucundis pariter & utilissimis  
illustrabit.

In Theologia Thetica diebus Lunæ Martis & Saturni hora VIII. ad IX. non minus  
strenue perget, & cum præliminares in KÖNIGIO Locos jam absolverit, id  
omni cura & diligentia aget, ut integrum sanorum verborum hypotyposis in  
discursibus & examine perpetuo, suos hoc semestri doceat Auditores.

Privatum vero hora VI. ad VII. vespertina scita Iuris naturalis, quæ Elementis Philo-  
sophicæ Prædictæ modo laudatus Dn. D. BUDDEUS inseruit, rite interpretabitur: sin-  
gulisque diebus Mercurij & Saturni hora II. ad IV. Gymnasi alumnos disputatione  
exercebit. Sed nec deerit publice ex Philosophia aut Theologia disputare volen-  
tibus, nec in alijs pro ratione officij ac temporis facile destituet petentes.

JO. CASPAR MALSCHIUS. Pro-Rector Eloq. Poet. Hisp. & Grek. Lingue Professor.  
I. In Eloq. Lat. Orat. Cic. pro Milone, d. Lunæ, hor. IX. rhetorum more expli-  
citabit. 2. Stilum, id est, Chrias & Epistolas propositas d. Jovis & Veneris eadem  
hora corriget.

II. In Eloq. Germ. d. Martis hora IX. ex Oratoria speciali exempla Orationum Spe-  
cialium proponet.

III. In Poësi Lat. d. Jovis, hor. III. alternis nunc Virgilii Æneid: libr. VII. evolvet;  
nunc in threnodia Jeremiz Elegiæ vel alio genere earminis vertenda perget.

IV. In Poësi Germ. viva voce præbit, quo pacto singuli sensus in numeros ac thy-  
thmos redigi debeant.

V. In historia universali, Medianam explicabit d. Lunæ, hor. I.

VI. In Greçis d. Jovis, hor. I. perget in Phœyliidis Admonitorio, & Isoerates Pa-  
rænesi. D. Veneris, hor. I. stylum Græcanicum emendabit.

VII. In Collegio stili perget, neque interim exercitia oratoria rum trimestria, rum  
semestria desiderari patietur.

GEORGIUS FRIDERICUS SCHUSTER. J U. L. Advocat. Ordin. & Professor.  
Quum communis Suffragio Vitorum Doctorum omnium, plurimum momenti in  
eo possum sit, ut in quavis disciplina & eruditioñis genere, fundamenta ritè  
jacentur, hinc instanti semestri prima elementa sive Institutiones Iuris, Auditoribus  
suis primum generaliter delineabit, id quod paucis Lectionibus fiet, deinceps sin-  
gulos Titulos ad Examen HOPPII penitus enucleabit hora I. ad II. die Mercurij  
& Sabbathi in hoc destinata.

JO. WASMUTH, Prime Clas. Prec. Linguam Hebream Superiorum Auditoritate docere  
jussus, ita futuris mensibus hyemalibus in eâ cum Dnn. Studiosis linguam hanc  
sacram amantibus versabitur, ut præcepta Grammatices vel ad ductum Cele-  
berrimi DANZII, vel alias, prout e re Auditorum fuerit, summa brevitate  
proponantur & explicentur; sic tamen, ut neque nimia brevitate necessaria o-  
mittantur, neque nimia prolixitate non necessaria immisceantur, utque adeo pa-  
ctis intra breve spatiu[m] fundamentis in offenso pede ad ipsius Sacri Codicis lectio-  
nem & analysin fieri possit progressus. Cæterum ea utetur methodo, ut, si ita  
placuerit Dn: Auditoribus, quæ proposita fuere, instituto subinde examine,  
breviter repeatantur. Tribuentur autem huic studio singulis hebdomadibus 3. ho-  
rae, np. die Martis hora I. usque ad II. pomerid., & diebus Mercurij ac Saturni  
hora IX. utque ad X. antemerid.

DURLACI A.O. R. MDCCXV. die XXI. NOVEMBRIS.

Litteris Theodori Hechtii. Typ. Aul.

(1745)

48